

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Axiochus Platonis de contemnenda morte, Rodolpho Agricola interprete

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

consistunt atq; his qui consultando perquirunt optima, mox facileq; occurrunt, ea qui impossibilia indicat, non recte sentit. Dico aut duos, Hipparini scilicet Dionysij filij, atq; insuper mei filij animos. Arbitror. n. si hi consenserint, alios quoq; Syracusanos & oēs quibus patria cura est, consensuros. Sed djs oibus honores cū precibus offerentes, & alijs praeerea quibuscūq; vna cū djs vouere decet: praeerea cohortātes, inuitantesq; amicos & inimicos oīno atq; benigne, nolite prius desistere quam ea qua à nobis dicta sunt, quasi diuina somnia vigilantiibus supernemētia, perspicua quidem atq; felicia perfectissime impleatis.

PLATO ARCHITAE TARENTINO  
BENE AGERE. EPISTOLA IX.

**V**ENERUNT ad nos Archippi Philonidūq; familiares, ferentes epistolam qua eis dederas, ac de rebus tuis qua oportuit nunciantes. Publica quidem ciuitatis negocia absq; difficultate peregerunt. Neq; n. admodum laboriosa erant. Te verò narrauerunt permolestē ferre, quòd à publicis ciuitatis occupationibus liberari non valeas. Quòd igitur dulcissimum vita genus sit agere sua, praesertim si quis talia elegerit facienda, qualia tu, omnibus ferme est manifestū. Sed illud quoq; te considerare oportet, nullum nostrum sibi soli natū esse: sed ortus nostri partē sibi patriā vendicare: partē parentes: partem amicos. Multa insuper pro temporū diuersitate nobis accidere: quibus vita nostra occupata est. Vocante igitur te patria ipsa ad temp. gubernandam, absurdum forsā esset non parere: praesertim cū simul accidat, vt aditus prauis hominibus relinquatur, qui nulla ipsius quod optimum est rōne proficiscuntur ad publica. De his ergò iam satis. Echeatis autem curam habemus in praesentia habebimusq; in posterum: & tui gratia, & patris eius Phrynionis, & propter ipsum adolescentem,

PLATO ARISTODORO BENE  
AGERE. EPISTOLA X.

**A**UDIO te ante alios & nunc familiarem esse Dionis, & per omne tempus sapientiam morū ad philosophiam spectantium in primis exercuisse. Nam firmitate, fide, sinceritate, verā esse philosophiā existimo. Alias verò & ad alia declinantes scias & facultates si quis ornāta dixerit, recte, vt arbitror, appellabit. Sed uale iā, et in p̄sentibus his perseuera morib.

PLATO LAODAMANTI BENE  
AGERE. EPISTOLA XI.

**S**CRIPSIMVS etiam prius ad te, referre multū ad ea qua dicis oīa, vt Athenas ipse proficiscaris. Quoniam verò ais te venire nō posse, secūdo id loco foret, si vel ego, vel Socrates, vt per tuas literas significasti, istuc nos conferre possemus. Verū Socrates quidē hoc tempore morbo stranguria impeditur. Mihi verò istuc proficiscenti dedecus foret, si illa quorū gratia me vocas, nequaquā perficeretur. Qua quidē perfici posse haud admodū spero. Siquis autē ea oīa referre aggrediatur quorum de causa ita dissidam, prolixa opus erit epistola. Praeterea per atatem non satis corpore valeo ad iter conficiendū, periculaq; mari terraq; obeunda, qualia iter solet obijcere, praesertim verò per id tempus oīa iter agentibus plena periculis sunt. Consulere tamen tibi colonisq; possum, quod nunc me referente, inquit Hesiodus, putare quidem sal

lax quiddam esse, difficile verò intelligere. Nam si putant aliqui legum quarumlibet positione ciuitatem bene quandoq; constitui posse, nisi sit aliquis cū autoritate praesidens ciuitati, quotidiana oīum vita moderator, adeo vt sit temperata & fortis tam in seruis quam in liberis, non recte putant. Proinde si sint iam apud vos viri hac potestate digni, id fieret. Sin autem ad disciplinam opus sit aliquo: neq; qui doceat, neq; qui doceatur, vt opinor, apud vos sunt: reliquum est, deos precari. Nam ferē q; ante hoc tempus fuerunt ciuitates, sic ab initio constitutae sunt: ac postea bene excoltae pro opportunitate magnarū rerum, tum bello, tum pace, quando in hmoi temporibus vir clarus & probus magnam adeptus fuerit potestatem. Prius autem ipsa propiissime curare oportet atq; necesse est: considerare tamen ea qualia dico: neq; temere aggredi quasi leniter peragantur: cogitare verò quid comode fieri possit. Vale felix.

PLATO ARCHITAE TARENTINO  
BENE AGERE. EPISTOLA XII.

**M**IRVM est quanta cū voluptate cōmentaria abs te missa accepimus, eorumq; autoris ingenia delectati sumus. Visus quidem nobis est vir ipse dignus maioribus illis iam olim suis. Ferunt virorum decem millia fuisse: qui ex omni Troianorum, qui sub Lao medonte secessere numero, vt fabula tradit, praestantissimi fuerunt. Cōmentaria verò qua tu per literas à me petis, nondum absoluta sunt. Qualiacūq; tamen sunt, ad te misi. De custodia verò, idem sentimus ambo. Qua propter nihil cohortatione opus esse videtur.

AXIOCHVS PLATONIS DE CONTEMNENDA MORTE, RODOLPHO AGRICOLA INTERPRETE.

SOCRATES, CLINIAS,  
AXIOCHVS.



**V**ENI ad Cynofarges mihi, cū ad Elissum venissem, vox cuiusdā allata est clamantis, Socrates, Socrates. Vtq; conuersus circumspectabam vnde ea redderetur, Axiochi filium video Cliniam, ad Callirhoen currētem, cum Damone musico, Charmideq; Glauconis filio. Horum alter quidem musicam docebat: alter ex familiaritate amabat, simul atq; amabatur. Visum est ergò mihi recte desolenti occurrere eis: vt quam primū conueneremus. Perfusus autē lacrymis Clinias, nunc tps est, inquit, Socrates, vt vulgata semper de te sapientiā ostendas. Pater. n. ex aliquo iam tempore viribus de improviso destitutus est, & propē est exitū vita, molesteq; fert adesse sibi finē, tametsi antehac contēneret mortē horreda imagine exprimentes, comiterq; derideret. Pergē ergò, proq; tua cōsuetudine illū cōfirma: vt volēs eò quò ducit necessitas, sequatur, vtq; ille mihi ad reliqua hoc ipso etiam pie colatur. SOC. Nullā me Clinia moderatā rē rogaueris frustra, quāto nūc magis, cum ad hac me Voces pietatis officia. Acceleremus autem. Si. n. ita

Hb iij se res

se res habet, festinato opus est. *CL.* Vbi modo te viderit Socrates, rectius habebit. Crebro .n. iam euenit ei, ut exanimatus rursus resciceretur. *SO.* Quo citius aut perueniremus, ea q̄ circa murū cognominata est, iuimus. In proximo nāq̄ habitabat porta q̄ est apud Amalonia columnā. Inuenimus ergo eū aquisumptis rursus sensibus, & corpore robustū, defectum verò mente, prorsusq̄ indigentē consolationis, reuoluentē crebro se, suspiriaq̄ cū lacrymis atq̄ manū crepitu cientē. Aspiciens aut illum, quid hoc, inquā, rei Axioche? Vbi nobis illa pridē magnifica verba, continētesq̄ laudes virtutum, & maius quā ut dici posset in te animi robur? Sicut .n. timidus athleta, cū in gymnasio insignē te prabueris, ad certamē ipsum defecisti. An non mediate considerabis naturam Vir tantus & rōni obsequens, utq̄ nihil aliud, Atheniensis? quod tōe videlicet hoc & ab oībus iactatum, peregrinatio quadam vita est, quodq̄ peragētes eā alacriter, & tantum non paena canentes, ad postremā accedere ne cessitatem: tā molliter verò habere se tamq̄ egrē, pueri more diuelli, nequaquā prudentia pra se fert altioris aetatem. *AX.* Rectē quidē Socrates, ista mihi dicere videris: Verū nescio quo pacto vbi propius accessit periculū, fortia illa grandiaq̄ verba occultē subteruolāt atq̄ negliguntur. Oboritur aut metus quidā, mentē multipliciter discepēs, si hac luce, hisq̄ priuabor bonis, & expers mentis sensuumq̄ iacebo vbi cūq̄ demū putrescens, & in puluere vermesq̄ conuersus. *SO.* Imperfectē cōiungis Axioche, propter imperitiā, cū sensuum orbitate sensum, tibiq̄ ipse contraria facis & dicis, neq̄ cogitas quod simul quidem defles id, quod sensibus carebis, simul ob putrefactionē dolēs amissionemq̄ vita oblectamentorū, veluti morte sis in aliam vitā trāsiturus, neq̄ in oīmodam abiturus sensuum abolitionē, & eandē in qua prius quā nascereris, fuisti. *VT.* .n. cū Dracon Clisthenesq̄ gubernabant temp. nihil te mali habebat (necdum .n. ceperas esse ut malē tibi quid accidere posset) ita neq̄ post mortem erit. Nullus .n. ut malē tibi esse quicquā possit, es futurus. Quin tu igitur hanc oēm discuti inepciam, illud cogitans, quod soluta simul hac compage, animoq̄ rursus in proprium restituto locum, relictum istud corpus terrenum, atq̄ rōnis expers amplius nequaquam est homo. Nos etenim aīa sumus, animal immortale, mortali inclusum munimento. Hoc aut tabernaculum nō sine malo nobis circūdedit natura, cuius lata quidem abstrusa sunt & volucra, pluribusq̄ doloribus admixta: tristia verò, improuisa, diuturna, prorsusq̄ vacua gaudiorū. Valetudines nepe, sentientium membrorū vlcera, morbi interni. Quibus necessario (quoniam per corpus meatus sparsa est) condolens aīa celestem, & cognatum desiderat athera, sititq̄ cupidē superna illius consuetudinē gaudiaq̄ vitā. Discessus itaq̄ ē vita mali cuiusdam est in bonum cōmutatio. *AX.* Cū malū ergo Socrates vitā putes, quid ita viuere perseneras, cū rerum sis indagator, & nobis .i. multitudini, intelligentia praestes? *SO.* Nequaquā verū de me Axioche testimoniu dicis. Arbitraris .n. quemadmodum vulgus Atheniensium, quandoquidem res inquirō, alicuius quoq̄ me scientiā habere. Absit aut tantū ut recōditiora sciam, ut voto optauerim et vulgata me ista nouisse. Sūt aut ista qua dico Prodicī sapientis tradita. Illa quidē duobus obolis, illa duabus, illa quattuor drachmis redempta.

Gratis .n. hic Vir neminē docet, estq̄ mos ei semper Epicharmi illud in ore habere, Manus manum fricat, da aliquid, & aliquid cape. Nuper ergo cū apud Calliam Hipponici filiū declamaret, tantis differuit contrā vitā, ut ego ad ea q̄ nullius sunt momenti, adscripserim illam. Ex eoz iam in mortē mihi aīus Axioche propendit. *AX.* Quae dixit aut? *SO.* Dicam equidē tibi ea, quorū mihi Miferia videtur in mentē. Quae .n. pars, inquit, atatis, calamitatus tibus vacat? Nōne statim à principio plorat, ut primum natus est infans? Vitamq̄ à lacrymis auspiciatur? Quae tandē non pmit eum molestia? Sēper .n. vel penuria, vel frigore, vel calore, vel verberibus vrgetur. Antea quoq̄ quā loqui possit, quanta patitur? flens scilicet, hancq̄ solā habens anxietatis suae q̄relam. Vbi septimū debinc expleuerit annū: multosq̄ labores exhauserit: iam cūsto des, gymnasta, magistri ludi, iam adolēscēti critici, geometra, rei militaris pceptores: ingens planē dominorum multitudo. Post ista vbi in Ephebos inscriptus est, peior iam metus. Lycēū, Academia, gymnasiarcha, virga, nullaq̄ prorsus malorū mensura. Oīs adeo adolescentis sub moderatoribus est labor: qui ex Areopagi delecti cōsilio praesunt iuuentuti. deinde cū fuerit istis exolutus, ita cura palam emergunt, reputatioq̄, quod viuendi potissimū instituat iter: praesq̄ sequentibus incommodis priora illa puerilia videntur, & infantium reuera territamēta: expeditiones .n. & vulnera, perpetuūq̄ certaminū labores. Hinc iam fallēs subrepiit senectus, in qua confluit quicquid est infirmum fragileq̄ natura. Quod nisi ocys quis vitā velut as alienū reddiderit, astans supra caput natura tanquā scenerator reposcit vsurā. Ab alio quidē visum, auditum ab alio: persape virūq̄, at si quis diutius cunctetur, debilitat eū, excruciat, membrūq̄ destituit. Alij itaq̄ multa senectute repuerascunt, atq̄ bis pueri fiunt senes. Dī ergo propter hoc ipm (ut quibus notissimae sint res humanae) quos plurimi faciunt, eos citius auferūt ē vita, Agamedes & Trophonius itaq̄, cū Pythij Apollinis edificassent tēplum, orantes dari sibi quod optimū esset, quū obdormiuisent, nunquā deinde surrexerūt. Sic et Iunonis Argiua sacerdotes, p̄cante matre eorū, ut gratiam eis aliqua Iuno pietatis illorum referret. cū .n. cūctarentur iumenta, succedentes ipsi vehiculo matrē ad tēplū vsq̄ pertraxerāt. Post p̄ces ergo nocte decesserūt. Longū foret aut poetarū dicta recensere, qui diuiniorebus poematis ea q̄ ad vitā pertinent nostrā, velut ex oraculo decantāt, quemadmodū deplērent illā. Vniusq̄ solū memoratu dignissimi sat habeo meminisse, qui inquit: Quam superi miserū stamē mort alibus aui Neuere, ut viui deflētā per oīa durent. Iterumq̄: Et cunctis hōiū generi sors pessima vita stat, q̄cūq̄ supra terrā spiratq̄ meatq̄. De Amphiarao verò quid dicit? Iupiter hunc totis aīs, hunc magnus Apollo Diligit, & iusti metas nō attingit aui. De illo quoq̄, qui ita iubet: Nascens fleat, qui tantā uitā intrat mala, quid tibi videtur? Sed cesso, ne cōmemorando alios, rē contrā quā institui longius ducam: Quod aut vitā quisquā institutum, quāmuē artē deligēt, ut non q̄ratur de ea, atq̄ praesentibus offendatur? Opsitces, mercenariisq̄ recēseamus artes: ex nocte in noctē vsq̄ laborantes, & iux tolerantēs vitā necessarios sumptus, cōplorantes seipsos, omnemq̄ uigiliam suam mērore lacrymisq̄ cōplentes. At nautam dicamus, per tantā penetrātem

tem pericula, quia, quemadmodum Bias ait, neque inter mortuos est, neque inter viuos. Terrestris enim homo velut ambigui generis, ipse in mare sese proiecit, totumque arbitrij factus est fortuna. Verum dulcis est agricultura. Est sane nonne tota tamen est, quod aiunt, vitis, semper paratam doloris habens causam, nunc quidem siccitate, nunc pluuia, nunc vrede, nunc rubiginem, nunc vel aestum intempestiuum, vel frigus conquerens? Illa quoque honorata in primis reipublica cura, multa enim praetero, per quantas rapitur anxietates? Quae gaudia quidem habet furunculi in modum trepida semper, atque stimulis repleta, repulsas vero acerbas et mille morte peiores. Quis enim beatus esse possit vulgi viuens arbitrio? tamen si faueatur ei plaudaturque, populi scilicet ludicrum iactatus, exhibitatus, damnatus, mortuus, et tum miserandus visus. Vbi namque Axioche tu qui in reipublica versaris, vbi Milciades, vbi Themistocles, vbi Epialtes abiit, vbi item qui nupes in reipublica duces fuerunt? quando ego quidem in eam non sum adductus sententiam. Neque enim honestum mihi videbatur, ut insanienti populo dominationis particeps fierent. Theramenes autem et Calixenus deinde constitutos praeficientes magistratus, ut indemnatum ne carentur hoeres effecerunt: tuque cum Triptolemo resistebas illis solus et triginta milibus in concionem coactis. A X. Sunt ista Socrates ut dicis. itaque ex re suggesti me satietas cepit, neque mihi quicquam acerbius reipublica visum est. Perspicuum id quidem illis qui in ipso sunt negotio versati. Tu namque dicis haec, veluti qui de sublimi spectaueris: nos vero qui fecimus periculum, quanto exactius scimus? Populus enim, charissime Socrates, ingratus est, morosus, crudelis, inuidus, immodestus, ut qui sit ex coluue turba, et stultis insolentibus collectus. Huic autem qui assentatur, multo ipse miserior est. s. o. c. Quando igitur Axioche hanc qua liberalis maxime omnium est artium, omnium maxime abominanda putas, quid reliqua uitae genera? an putabimus prorsus esse fugienda? Audiuisti etiam Prodicum quandoque dicentem, quod nihil quicquam neque ad viuentis mors, neque ad defunctos pertineret. A X. Quo dicis ista Socrates? s. o. c. Quoniam neque circa viuentis est: hi vero qui obierunt, non sunt amplius. Itaque neque apud te est: nondum enim obijisti. neque siquid tibi accidat, est circa te futura. non enim eris. Stultus est, igitur dolor de Axiocho, qualis neque est, neque futurus sit, Axiochum mente torqueri, sitque simile, veluti si Scyllam, aut si quis Centaurum reformidet, quae neque iam imminet tibi, neque sint unquam ad exitium tuum affutura. Existentium enim rerum est metus: quae non sunt autem, nemo est qui pertimescat. A X. Tu quidem docta haec verba ex ea quae nunc pullulat, garrulitate protulisti. Illinc est enim haec quaestus captatio illicienda inuenturi apparata. Me vero amissio bonorum quae sunt in uita, tristem reddit: et si Socrates probabilior est hac quam modo dixisti, crepueris orationem. non enim errabunda iam mens dicitur apte coherentibus verbis, neque contingunt mentem ista: sed in ostentationem splendoremque orationis parata multum absunt a veritate. At animi egritudo captiosius nequaquam sistitur verbis, sed illis acquiescit solum quae valeant ad mentem usque penetrare. s. o. c. Coniungis imprudenter Axioche: et bonorum priuationi malorum substituis sensum, oblitus quod tunc mortuus sis futu-

rus. Eum namque qui bona amittit, contraria ledunt quae patitur mala: at qui non est, nihil in eius quo priuatur, locum recipit. Quo ergo posset illius in eo dolor, quod nullam ledentium notitiam exhibebit? Quod si non ab initio Axioche per imprudentiam unum aliquem sensum cum morte componeres, nequaquam metueres eam. Nunc ipse te subuertis, timens amissum iri animam, aliamque animam illius amissioni circundas. Et turbaris quod sis sine sensu futurus, hocque ipsum non sentire alio te sensu comprehensurum putas. Ad haec multa sunt perpulchraque de animi immortalitate rationes. Neque enim mortalis natura in tam varias res attollere sese posset, ut contemneret ingentium ferarum vires, maria transmitteret, conderet vrbes, reipublicas constitueret, respiceret etiam in caelum, et astrorum videret reuolutiones, cursusque solis et luna, ortus item et occasus, defectus, celeritatem, distantias, equinoctiaque, et duplices conversiones, Pleiadam et et hyemis atque aestatis ventos, imbriumque casus et horrendos turbinum raptus, ut comprehensos quoque mundi labores seculis traderet, nisi diuinus quidam mentibus nostris spiritus inesset, quo complexum notitiamque tantarum attingeret rerum. Transis itaque non in mortem Axioche, sed in immortalitatem: non in amissionem bonorum, sed in synceriores eorum perceptionem, neque ad voluptates mortali confusus corpori, sed ab omnibus prorsus molestis purgatus. Illuc enim ex hoc solutus carcere proficisceris, vbi requiescat laetaque omnia, et nulla fatiscencia senectus, tranquillamque illic perages vitam, ab omnibus liberam incommodis, serena placidam quiete, rerum contemplans naturam: atque philosophia non ad turbam, neque in speciem, sed ad puram germanamque ditam veritatem. A X. In contrarium me Socrates hac oratione distulisti. Non enim metus iam me, sed desiderium tenet mortis. Utque ego rhetores imitatus grandius aliquid dicam, iandudum superna mente concipio, et immensum illum dininumque recensco cursum, collegique ex infirmitate me: sumque iterum quasi nouus effectus. s. o. c. Si vis autem aliam etiam rationem cape, quam retulit mihi Gobrias Magnus. Is dicebat secundum Xerxis in Graciam transitum auum suum sibi cognominem missum esse in Delum, quo etiam tueretur insulam, in qua bina sunt numina prognata. Ibi illum ex aeneis quibusdam tabulis quas attulissent ab Hyperboreis Opis et Hecaeus, didisse animam postea quam a corpore sit exoluta in ignotum quendam locum subterraneo discedere recessu, in quo Plutonis sit regia nihilo minor quam aula Iouis. Terra etenim mundi medium tenente ambitum eius esse globosum: cuius alterum quidem semiorum deum superi acceperint, inferi alterum, atque hi quidem fratres illorum, hi vero filij fratrum. Vestibula autem qua aditus ad Plutonis est regnum, ferreis esse claustris atque clauibus offirmata. Aperientem illa fluminis excipit Acheron: post quem Cocytus est. Eos vbi quis traiecerit, ad Minoem et Rhadamanthum est accedere necesse. Vocant hunc capum veritates, in quo iudices sedent, recognoscetes eorum qui aduenerint vnuscuiusque vitam, et qua quisque ratione corpus inhabitans et aeternam peregerit. Nec mentiendi illic ulla facultas. Quibuscumque autem in uita melior apparuerit demon, in sedes incolunt piorum, vbi omnes hora scitent omnigena fructuum ubertate, fontes puris labuntur aquis, varijs prae omnimoda floribus uernant, conuetus sunt philosophorum, theatra poetarum, exultantium coronae, musicique

musiciz concentus. Ad hac instructa diligenter conui-  
 uia, & ipsa sese suppedians affluentia victus. Non n.  
 frigus illis, non aestus est grauis, sed temperatus aer fun-  
 ditur mitibus solis radijs illustratus. Hic etiam inuitatis  
 est dignatio quaedam, & religiosa ibidem quoq; peragunt  
 sacra. Quomodo ergo non hic tibi honor habebitur collega  
 deorum? Herculem namq; Liberumq; patrem descenden-  
 tes ad inferos priscus est sermo hic inuitatos fuisse, & fi-  
 duciam quod illuc irent, ab Eleusina conceptam esse. At  
 illi quibus per scelera vita fuerit peracta, per Tartarum  
 a Furijs ad erebum chaosq; rapiuntur, vbi impiorum est  
 locus, inexplerilesq; Danaï filiarum vna. Vbi Tantalus  
 sitis, praecordia Tityi, Sisyphi in explicitum saxum, cuius  
 finis ab alio incipit rursus labore. Vbi circūlambenti-  
 bus eos feris, indefinenter lampadibus adusti, & omniū  
 poenarum afflicti cruciati, tormentis laniantur immen-

sis. Ista quidem ex Gobria ego audiui, tuum Verò de eis  
 erit Axioche iudicium. Illud namq; ratione adductus so-  
 lum scio constanter, quod omnis immortalis est anima  
 quacunq; ex hoc loco transfertur & prorsus expers dolo-  
 ris. Siue sursum ergo Axioche, siue deorsum beatus sis  
 oportet, qui probe pieq; vixisti. A x. Pudet me Socrates  
 dicere tibi quiddam. Tantum abest vt timeam mortem,  
 vt nunc eius etiam teneam amore, vsque adeo & hac mi-  
 hi, & illa persuasit oratio. Contemno etiam vitam, vt  
 qui sim in melius domicilium transiturus, nuncq; paula-  
 tim ea qua dicta sunt, ipse mecum recensebo. Tu Verò me  
 ridie fac ad sis mi Socrates. SOCR. Faciam vt dixisti.  
 Ego quoq; ad Cynosarges vnde huc vocatus sum, redeo  
 ad deambulationem.

F I N I S.

α β γ δ. a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.  
 A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.  
 Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh.

Omnes Terniones. A, Quaternionem.



V E N E T I I S,  
 A P V D I O A N N E M M A R I A M  
 B O N E L L V M.  
 M. D. LVI.